



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt XLIV. Sanctæ Harlindis Collegium Moseicanum, siue Maseykense, in  
Maseyka opido dioecesis Leodiensis, ad Mosam Fluuium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

MIDDELBURGENSE COLLEGIVM  
*in d. Brugensi.*

**H**abet Middelburgum opidum, (quod anno 1488. muris per Brugenses, est extutum) insigne collegiū Canonicorum, cuius auctor fuit, *Petrus Bladelinus* Eques Middelburgi Dynasta, qui Philippo bono Burgundiæ duci, Flandriæque Comiti, & eius filio Carolo Audaci OEconomus, Consiliarius, & ordinis aurei velleris Thesaurarius fuit. Iacet is ibidem sepultus, ante aram maximam.

## CAPUT XLIV.

SANCTAE HARLINDIS COLLEGIUM  
*Moseicanum, siue Maseykense, in Maseyka  
 opido diœcesis Leodiensis, ad Mosam  
 Fluum.*

**S**Harlindis Virgo, & soror eius Reilindis parentes habuerunt Adelardum & Grimeram ; qui in propria Hæreditate ad Mosam, Eike monasterium construxerunt, vbi utraque plurimas filias Christo genuit. Erant enim fide recta instructæ, charitate repletæ, humilitate decoræ, religione laudabiles largitate eleemosynarum hilares. Quantum etiam curam habuerunt Sancti Episcopi, *Villibrordus* & *Bonifacius*. Otium porro ut morti-

mortiferam pestem fugientes aliquando pal-  
liola contexebant, aliquando diuinis Scriptu-  
ras, honorifico opere conscribebant. Ex qui-  
bus nonnulla perinde, ac si recentia essent, ha-  
bētētūs conseruantur. Cumq; putresceret pri-  
ma monasterij Ecclesia, quæ lignea fuit, Aua  
Abbatissa lapideam construxit, in qua Franco  
Episcopus vtramque virginem honorificē le-  
uauit die 22. Martij anno 906. & eodem die,  
anno 1571, facta est per Suffraganeum Leodi-  
ensem altera solennis translatio. Tunc enim  
Collegium Canonicorum Eikensium, qui  
sanctimoniis successerunt, migravit in o-  
pidum quod Maeseike nuncupant. locus est in  
Comitatu Lossensi, sub Episcopatu Leodi-  
ensi.

## CAPUT XLV.

S. VINCENTII COLLEGIVM SO-  
negiense inter Hallas & montes Han-  
noniae.

**S**aint Vincentius fuit Hannoniæ Comes, an-  
te Madalgarius dictus, inter Palatinos  
Regis Francorum Dagoberti non infimus.  
Habuit enim vxorem consanguineam Regis,  
Beatissimam Baldecrudem; ipsumque Rex ha-  
buit annis aliquot Hiberniæ Gubernatorem.  
Vnde postea in Gallias rediens, Sanctissimos  
& stre-